



Z u d e r  
d r i t t e n S ä c u l a r f e i e r  
d e r  
U e b e r g a b e  
d e r  
A u g s b u r g i s c h e n C o n f e s s i o n

a m  
S o n n a b e n d d e m 26 s t e n J u n i u s M o r g e n s u m 9 U h r

l a d e t  
i m N a m e n d e s S t a d t g y m n a s i u m s  
e r g e b e n s t e i n  
d e r D i r e c t o r S t r u v e.

---

V o r a u s g e s c h i c k t i s t e i n e A b h a n d l u n g :  
*Quaestionum de dialecto Herodoti specimen III.*

---

K ö n i g s b e r g , 1830.





### Quaestionum de dialecto Herodoti specimen III.

#### De orthographia vocabuli *ῥωνμα* et derivatorum\*).

Si nuper gravissimis argumentis ducti contra veterum grammaticorum praecepta suam Herodoto rationem scribendi restituere conati sumus, jam ut pateat quam non iniquo animo ergo hos affecti simus, eorundem causam contra recentiorum inconstantiam et novandi libidinem agere nobis constitutum est. Quod inconstantes et novandi cupidos quosdam recentiorum dixi, ad Gaisfordium et eos, qui hunc sequuti sunt, spectat. Atqui hanc inconstantiam ipse confitetur in monito, quod tertio tomo editionis praefixum legitur, pag. XXXVII. „Sed in v. *ῥῶμα*, *ῥῶμα* vel *ῥῶμα* scribendo paulo inconstantius versatus sum.” At vero cum addit, „equidem posteriorem formam [*ῥῶμα*] libenter reponerem, sicubi eam vel unus codex probae notae exhibeat” cur hanc potissimum formam genuinam judicavit, indicare neglexit. Mihi vero longe aliter visum est; efficiamque, ni opinio me fallit, ut ne dicam *ῥῶμα* sed ne *ῥῶμα* quidem Herodoteum videatur prae antiquâ scribendi ratione *ῥῶμα*. Atque hoc mihi postulare videtur et veterum grammaticorum auctoritas et in codicum dissensu multorum suffragium.

Notissimum est tria esse vocabula, quae in vulgari dialecto diphthongum *ων* recipiant, in ionica\*\*) vero sonum ad *o* accedentem teneant, quae sonorum inter se confusio in aliis etiam linguis reperitur, ut cum dicimus lautum et lotum, Claudium et Clodium, caudicem et codicem, similia. Sunt vero haec tria vocabula *ῥῶμα* cum derivatis, *ῥῶμα* cum derivatis, *ῥῶμα* cum affinis *ῥῶμα*, *ῥῶμα*. Sonum vero hunc ad *o* accedentem Jones expresserunt tum per *ω* tum per *ων*. Atque in *ῥῶμα* quidem constans fere erat scriptura *ῥῶμα*, ita ut *ῥῶμα* vel prorsus rejectaneum haberi, vel seriorum scriptorum pravo imitandi stu-

\*) Accentibus et signis discriminantibus in hoc vocabulo similibusque ab initio addendis abstinui, nisi hic illic ob certas rationes statim unicuique intellectas. In altera hujus disquisitionis parte quid verum mihi videatur patebit.

\*\*) Ioniam dico dialectum non ex communi loquendi ratione, quae epicas Homeri aliorumque formas etiam huc retulit. Nam in ea quaestione, quam nunc tractamus, si unum obscurum locum Hesiodi exceperis, constanter *ων* retinent poëtae, ut etiam hinc pateat magnum discrimen esse inter epicorum consuetudinem et ioniam dialectum. Cf. spec. sec. p. 2.



dio tribui debeat\*). Praeterea haec vocalium commutatio in hac voce nihil miri offert, cum jam in ipsa vulgari dialecto fundata sit, quae τραῦμα quidem, τραυματίζω etc., sed non minus τέρωμαι, έρωσα, τιρώσχω novit. Contra in εαντόν similibusque eadem constantia librariorum, si a quibusdam locis discesseris, ubi unus alterve codex ad vulgarem consuetudinem rediit, ambas vocales ω et υ junxit, ita ut έωτόν ne per lapsum quidem scribentis reperitur.

Multo vero aliter res se habet in vocabulo θαῦμα sribendo; nam et veteres librarii et recentiores editores inter θαῦμα et θάυμα s. θώυμα eligendi nobis arbitrium relinquunt, aequalitatem nunquam, ut videtur, secuti\*\*). Ad hunc dissensum, si fieri potest, tollendum, primo loco ad auctoritatem grammaticorum confugiemus; dein libros scriptos excutiemus.

Initium facimus a loco Herodoti VII, 187, 2. *ως τε ουδέν μοι θαῦμα παρίσταται.* Sic enim edidit Schweighäuser non solum e codd. bonae fidei P. S. F. sed Thomae quoque Magistri auctoritate advocata, apud quem locus s. v. *προεδωκεν* pag. 739. edit. Bern. citatur. Sic enim ratiocinatur Schw. „θαῦμα hic legisse Thomam M. intelligitur ex mendosa scriptura θάυμα, quae olim

\*) Τρωῦμα apud Herodotum quod bis terve in uno alteroque codice in τραῦμα mutatum fuit, nemini mirum videbitur. At τραυμάτων, quod IV, 180, 4 in veteribus editionibus legebatur, quodque nullos nisi ignobiles sponsores inter codd. excitare potest — inter Parisinos cod. c. tum duos obscuros Britannicos — rejectaneum est, et jure a Schweighäusero septem codd. auctoritate, inter quos optimus quisque reperitur, expulsum, ut nolim a Matthiaeo in pristinam sedem reductum esse. Ex pravo vero imitandi studio ortum pronuncio τραυμα apud Lucian. de dea Syr. c. 20., minimeque cum Reitzio in τρωῦμα mutandum. Seriores enim hi scriptores, qui eadem resuscitare conati sunt, dici fere nequit, quantum omnem operam perdidierint, Lucianum dico, Arrianum, auctorem vitae Homeri, Aretaeum etc. Hi enim nullo dilectu adhibito formas epicorum, Herodoti, Hippocratis (cujus dialectus non in levibus tantum rebus multum ab Herodotea differt), grammaticorumque commenta inter se commiscuerunt, ita ut oratio ipsorum nullo nativo colore insignita sit. Lucianus τραυμα dixit, analogia scilicet vocabuli θαυμα seductus; idem memor se apud Herodotum μνῆας legisse, nominativum μνῆες non refugit; epica sunt ἴσεται, ἴσεται, λίσσεται, φθῆγξεται, ἔμμεναι, ἀπρήκτιο, δοιά, ἠέλιος, πῦντες, ἐδέλῃσι; Hippocratem imitatus ἡτο, ὄρη, ἔσορέης dixit; falsam ionismi speciem referunt κέρμα, ἀτρεκέι, φασίνεται, ἐπερέεται, ται, ἐπὶ τῆς; vulgaria plura posuit ut φθαρῆ, τοῖδε; et quod saepius ἐνιῶς legitur κέαται et κέατο grammaticorum commentum est, qui miro acumine passivas terminationes αται et ατο singularis numeri esse pronunciarunt magno consensu, atque apud Homerum cum semper πληθυντικῶς appareant, Pindaricum schema in αυται exire juberent, qui, quamvis in scriptoribus superstitionibus non lectus, in fragmentis tamen et glossis grammaticorum non semel repertus est. Sed haec digito monstrasse sufficiat.

\*\*) Utrum θαῦμα an θάυμα scribendum sit, si θαῦμα rejiciendum videatur, postea sub examen vocabimus.



in ejus Lexico obtinuerat." Sed cur tacet Schw. ipsum *θῶμα* apud Magistrum afferre duos codd. regios; vulgarem formam *θαῦμα* unum Leidensem; at *θῶῦμα* optimum cod. Burmanni\*), quod recentissimum editorem recepisse? Gaisfordium vero et ipsum editionem grammatici non inspexisse, patet ex brevi notula, in qua Thomam inter testes lectionis *θῶμα* sic nude excitat. Sed luce clarius patet ex Thomae verbis nihil elici posse; nam ibi sicut in plerisque Herodoti locis eodd. in diversa abeunt. — Simplex vero est et apertum Hesychii testimonium. T. I. p. 1753. *θῶμα, θαῦμα*, quod Albertius quidem in *θῶῦμα* mutatum malit, ego cum Koenio non item, jam propter ipsum literarum ordinem, cum inter *θῶχος* et *θῶμένους* vocabulum positum sit. Neque negabo unquam, scripturam *θῶμα* fundamento quodam niti; nam quo alio modo toties libros scriptos insedisset? Sed grammaticorum quorundam, ut uno verbo dicam, commentum agnosco, qui propter *τρωμα* sic scribi debere edixerunt\*\*).

Verum enim vero contrarium scribendi usum confirmant duo alii grammatici, alter qui vulgo Gregorius audit, alter Eustathius; idque, quo praecipue respiciendum est, non ab aliam quamcunque causam locum aliquem afferentes, quae ratio apud Thomam obtinuit, sed de industria hunc ionismum tractantes; atque tum hos grammaticos graves testes esse, quibus nisi validis argumentis ducti fidem derogare possimus, jam in spec. II. p. 2. monuimus. — Gregorii haec sunt verba in libello de dialecto ionica §. 30. p. 419 *τῷ ω ἀντὶ τοῦ α ἐν τῇ ἀν διφθόγγῳ χροῶνται, ὡς ἄν λέγοντες ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ θωνμάσιος ἀντὶ τοῦ θωνμάσιος.* Videmus non *av* in *ω* versum dici, sed *a* in diphthongo *av*, unde *av* scribi debere concluditur. Non minus clarum est testimonium Eustathii ad Iliad. 4, 359. pag. 482, 39. Rom. T. 1. p. 384. Lips. *τὸ δὲ περιώσιον, ὡς καὶ ἐτέρωθι δηλοῦται, καθ' ὁμοιότητα γίνεται τοῦ θωνμάσιον, ὡς γὰρ ἐκεῖνο ἰωνικῶς ἐκ τοῦ θωνμάσιου θωνμάσιου κινήται, οὕτω καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ περιώσιου περιώσιου τὸ φωνῶ, ἵνα ἢ περιώσιον τὸ ἑξάκονστον ἐν φωνῆσει, καὶ ἀπελεύσει τοῦ υ περιώσιον.* Aperte doctus archiepiscopus solam scripturam *θωνμάσιος* novit; nam si *θωνμάσιος* in usu fuisse credidisset, simplici via e *περιώσιος* formari posse *περιώσιος* contendisset, neque inauditum *περιώσιος* aut *ἀπέλευσιν τοῦ υ* in subsidium vocasset. — Postremo addimus locum Eustathii, qui omni exceptione major est, ad Iliad. 5, 396. pag. 563, 24 Rom. T. 2. p. 40. Lips. *ἐν δὲ τῷ ὡτὸς ἀνήρ, ἤρουν ὁ αὐτός, ἵστέον ὅτι ἢ ὡν διφθόγγος ἐν μίτῃ μὲν λέξει κατὰ διάλυσιν προάγεται διεξοδικῶς, οἷον θωνμάσιος ὁ θωνμάσιος, καὶ ἐξῆτος ἀντὶ τοῦ ἐνωτοῦ· ἐν δὲ δυοὶ λέξεσι κέχραται τῷ λόγῳ τῆς συναϊρέσεως.* Comparatio vocabuli *θωνμάσιος* cum *ἐνωτον*, quod, ut jam dictum est, nemo *ἐνωτῶ* scripsit, atque ipsa diphthongi

\*) Optimum voco hunc codicem, non ut meae sententiae velificer, sed Ouden-dorpii iudicium secutus in prooemio, fol. 4. verso.

\*\*) Possim quoque Joannis grammatici testimonium afferre in II. tractatu de dialectis p. 322. (ap. Herm. de emend. rat. Gr. Gr. p. 48.) *τὸ ω μέγα ἀντὶ τῆς ἀν διφθόγγου ἐκφέρει οἷον καῦμα κῶμα, θαῦμα θῶμα.* Sed propter adjectum *κῶμα*, quod nemo pro *καῦμα* unquam posuit, hujus grammatici testimonio non magnopere fidendum duco.



*ων* mentio sententiam Eustathii obscuram non sinunt, ut nunc taceam de alio gravissimo argumento, quod in his verbis inest, quodque suo loco uberius explicabimus, diphthongum *ων* in *εωντοϋ* et *θωνμαστος* binas syllabas efficere.

Per grammaticos itaque non modo nil obstat, quo minus *θωνμα* ut *εωντου* scribatur, sed necessarium fere est. Jam quid forsitan e codicum dissensu in contrariam sententiam afferri possit, videamus. Sed memores simus, tum, quod nuper jam monuimus, duorum triumve codicum solorum nos habere paulo accuratorem collationem, in qua ad has minutias, ut nonnullis videtur, respectum sit, cum plerique editorum semel aut bis contenti ejusmodi dissensum enotare haec tanquam *αδιαφορα* reliquerint; tum, si in tanto dissensu quid momentum faciat non statim appareat, tamen cum grammaticorum doctrina nondum refutata sit cumque quid librarios pellexerit, ut *θωμα* sicut *ρωμα* scriberent, satis jam explicatum videatur, nemini mirum videri posse, si etiam hic ad certam quandam normam vel contra plurium librorum manuscriptorum placita nos dirigamus. Editionum vero nunc praeter Schweighäuserianae et Gaisfordianae\*) nullam rationem habebimus, cum hae tantum novis codicibus collatis alicujus momenti sint, reliquae vero a recentioribus curatae nullo certo consilio prout cuique editorum lubuit modo hoc modo illud in hac saltem quaestione praetulisse videantur. Omnes itaque locos, in quibus vocabulum *θωνμα* cum derivatis reperitur, nunc ordine librorum servato recensere videmus.

L i b. I.

In brevi prooemio, quod Herodotus historiae praefixit, *θωνμαστά* in omnibus libris legi videtur, praeter S. qui vulgarem formam *θωνμαστά* praebet; atqui credi potest in initio saltem operis diligentiorum eorum curam fuisse, quibus conferendorum codicum opportunitas erat.

I, 11, 5. *απεθωνμαζες* habet cod. M., nimium ille a Gronovio laudatus, cum ad novissimum fere ordinem detrudi debeat, et cod. F. a prima manu\*); quod non miror, eorum memor, quae in spec. II. pag. 7. 8. dixi. Si ipsius librarii secunda manus est, quae ad *ων* rediit, illustre denuo exemplum habemus, quemadmodum in *Αλιναθησσεος* sic in hoc vocabulo librarium audaciorum initio corrigendum sibi credidisse exemplar, quod exscriberet, postea vero poenitentia ductum ad genuinum usum rediisse. — Sed *απεθωνμαζες* tumentur praeter editionem Aldinam, cujus nulla fere apud me fides est, codd. ad minimum octo apud Schw. in his S. et a\*\*\*).

\*) De Gaisfordii inconstantia, quam ipse confitetur quamque propterea ei non magno opere vitio vertam, (nisi hoc vituperandum sit, quod ad editiones festinandas multi nunc accedunt nulla aut exigua cum eo scriptore quem tractant familiaritate contracta), supra jam verba fecimus. Initio formae *θωνμα* magis favit. Hinc factum est, ut in primis tribus libris bis tantum *θωνμα* ederet, in octo vero et triginta locis *θωνμα*. In quarto libro dubius animi haerere coepit; hinc e duodecim exemplis sex ab hac parte stant, sex ab altera. A quinto vero inde libro quasi fuis fugatisque hostibus tropaea *θωμα* posuit.

\*\*) Incommodum sane est, quod in conferendis codd. sicubi de prima manu sermo est, non semper additum sit, utrum ejusdem librarii prima et altera manus appareat, an secundi cujusdam, primi manus emendantis.

\*\*\*) Non minus incommodum est, quod Gaisfordius plerumque commemorare neglexit,



23, 2. *Θῶμα* F. sed superne adjecto  $\bar{v}$  ab alia manu. Sic Schw. nunc diserte alius manus meminit. cf. not. praeced. Reliqui omnes  $\bar{ov}$ , nominatim S.

30, 7. *ἀποθωμάσας* M. et F. a. m. pr. prorsus quemadmodum in 11, 5. Omnes reliqui  $\bar{ov}$  habere dicuntur, nullus tamen nominatim excitatur.

68, 1. *Θῶματι* P. et B. Reliqui ut videtur  $\bar{ov}$  praeferunt, atque de nonnullis libris manu scriptis F. a. c. id diserte testatur Schw. Sed hujus verba „*Θῶματι* cum punctis diaereticis vulgo edd. ut alibi; sed ut edidimus, non diducta diphthongo, sic constanter F. a. c. et alii” quonam referenda sint, non satis perspicio. Nam non constanter hos codd. scripturam, quae diphthongum exhibet, praebere patebit. Vix itaque aliter haec verba intelligi possunt, quam sicubi diphthongum repraesentent, tum eam non diduci atque hoc confirmatur nota Schw. ad 185, 4, ubi libri nil discrepant. Dolendum vero est, alios quoque codd. hic nominari, sed quos sileri.

68, 2. *ἀποθωμάζοντα*, *θωμάζει*, *θωμα*. Haec tria vocabula sic ter deinceps brevi intervallo leguntur, nulla scripturae varietate allata, nisi quod de accentu in *θῶμα* ex cod. F. Schweighäuser monet. Num quisquam credere potest, cum ante duas lineas *θωμ*. praecesserit, ibique materiam de scribendi ratione disputandi praebuerit, nunc omnes socordes nullius varietatis in scribendo meminisse, si quam reppererint?

88, 1. *ἀπεθωμάζει* ex solo F. affertur. cf. ad 11, 5. et 68, 1.

93, 1. *Θῶματα* idem solus F. Sed favente fortuna factum est, ut codd. alii singularem numerum alii pluralem praeferant. Hinc septem codd. sponsors diphthongi  $\bar{ov}$  citare possumus, inter quos praeter a. etiam S., cujus indicium Gaisfordio debemus, cum Wesselingius, cui ejusdem conferendi copia fuerat, ad testimonium ejus pro singulari numero non attendisset.

155, 2. Hic Gaisf. e solo cod. F., cujus antea nullam rationem habuit, neque ita statim habiturus est, *θωμάζω* nescias qua de causa recepit. Ex reliquis codd. nil affertur.

185, 4. Omnes in diphthongo  $\bar{ov}$  consentire videntur; nulla saltem varietas affertur, nisi quae diaeresin spectat. cf. ad 68, 1.

194, 1. Nullus liber affertur, qui  $\bar{w}$  habeat; et duo saltem S., et ipse F., in quibus diphthongus legatur.

Si praeter hunc primum librum nullus ceterorum nobis a fortuna servatus esset, nemini dubium esse posset, primo in orthographia hujus vocabuli codices manuscriptos diphthongum postulare; dein codicis F. scribam, cui docti cognomen non denegamus (cf. ad 11, 5.) nescias qua doctrina imbutum a genuina scribendi ratione saepius descivisse, plerumque sine comitibus; tertio, Gaisfordium calidius quam prudentius uno in loco huic cod. F. fidem habuisse; postremo, cum jam in initio operis de multorum librorum scriptura nihil certi sciamus, ob ingravescens

---

qui codices receptae ab eo lectioni suffragentur. Nam ejusmodi disquisitio tripartita est, ut intelligatur, tum qui libri scripti receptam a nobis lectionem tueantur, tum qui ei adverseant, tum e quibus conferentium incuria nihil enotatum sit. Atqui libri hi, quos postremum indicavimus, non in censum veniant.



taedium eorum, qui libros scriptos contulerint, magis magisque semper nos a librorum auxilio destitutum iri. Quod an ita se habeat, nunc videamus.

L i b. I I.

II, 21. Solum  $\bar{\omega}$  praebent codd. M. K. diphthongum tuentur quinque saltem codd. inter quos a. S. et ipse F.

35, 1. Wesselingius  $\pi\lambda\acute{\epsilon}\omega$   $\theta\alpha\upsilon\mu\acute{\alpha}\sigma\iota\alpha$  edens praeter Aldinam (quam Steph. 2da sequitur) codices nominat V. S. R. b. c., sed  $\lambda\lambda\epsilon\acute{\iota}\sigma\tau\alpha$   $\theta\omega\mu\acute{\alpha}\sigma\iota\alpha$  ex M. K. P. affert. Nun tu credis, eos codd. qui  $\pi\lambda\acute{\epsilon}\omega$  praebent omnes diphthongum ascivisse, eos vero qui  $\pi\lambda\epsilon\acute{\iota}\sigma\tau\alpha$  scribant omnes eam sprevisse? Hic locus nobis inter multos alios certum documentum praebet, quam parum de dialecto Herodoti constituenda editores solliciti fuerint; negari enim nequit, Wesselingium ad solum dissensum inter  $\pi\lambda\acute{\epsilon}\omega$  et  $\pi\lambda\epsilon\acute{\iota}\sigma\tau\alpha$  animum advertisse, neglecta accuratiore indagazione vocabuli secundi. Duos tamen indubios testes post Wesselingium habemus, quibus ut diphthongum praeferamus credendum est, codd. F. et S. a Gaisf. iterum collatum. De ceteris nihil decernere audeo.

79, 3. Nullus affertur liber scriptus, qui diphthongum  $\bar{\omega}\nu$  respuat.

121, 12. Solam vocalem  $\bar{\omega}$  habent V. S. Editiones omnes  $\bar{\omega}\nu$ . De ceteris codd. siletur; e Schweighäuseri tamen annotatione critica, quae de punctis diaereticis agit, alios  $\bar{\omega}\nu$  dare, forsam concludi potest.

121, 33. Hic diphthongo nulla lis movetur, nisi quod S. ad Atthidem inclinans  $\theta\alpha\upsilon\mu\acute{\alpha}\sigma\iota\alpha$  scribit.

148, 7. et 149, 1. Nullus liber memoratur, qui in duobus his locis diphthongum deserat, quamquam solius F. propter ommissa signa diaeretica indubitata auctoritas affertur.

155, 4. —  $\bar{\omega}$ . M. P. K. sed  $\bar{\omega}\nu$  S. F. V. a. b. alii.

156, 1. —  $\bar{\omega}$  iidem M. P. K.  $\bar{\alpha}\nu$  F. c.  $\bar{\omega}\nu$  ex solo S. affertur.

175, 1. —  $\bar{\omega}\nu$  in omnibus\*). — 175, 2.  $\bar{\omega}\nu$  in omnibus, nisi quod  $\bar{\alpha}\nu$  exstat in F. (non in P. ut Gaisf. memorat.).

L i b. I I I.

III, 3, 1. —  $\bar{\omega}\nu$  in omnibus, diserte ex S. allatum.

3, 6. —  $\bar{\omega}\nu$  in omnibus. — 12, 1.  $\bar{\omega}\nu$  in omnibus, et ex F. diserte allatum. —

14, 10.  $\bar{\omega}\nu$  in omnibus. — Sic etiam 22, 8. — 23, 2. — 47, 7.

80, 8. —  $\bar{\omega}\nu$  in ceteris, excepto S. qui  $\bar{\omega}$  habet. — 82, 9. (bis)  $\bar{\omega}\nu$  in omnibus. Sic etiam 111, 1. — 112, 1.

113, 1.  $\bar{\omega}$  S. P.  $\bar{\omega}\nu$  F. de reliquis tacetur\*\*). — 119, 7.  $\bar{\omega}\nu$  in omnibus. — Sic etiam 140, 4.

148, 3. Si Wesselingii solius notam inspicimus, simile dubium oritur, quale jam ad II, 35, 1. proposuimus. Hic enim  $\acute{\alpha}\pi\epsilon\theta\omega\upsilon\mu\acute{\alpha}\zeta\epsilon$  ex a. c. f. S. V. affert,  $\acute{\epsilon}\pi\epsilon\theta\omega\upsilon\mu\acute{\alpha}\zeta\epsilon$  vero ex M. P. K. Mirum sine foret, si omnes scripti qui praepositionem

\*) Brevitatis causa in omnibus voco, ubi disertum contrarii testimonium non affertur.

\*\*) Paulo ante ibidem legebatur vulgo  $\theta\upsilon\mu\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon$ , nunc  $\theta\upsilon\mu\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon$ , cui vocabulo nostrum substituerunt P. M. F. hic  $\theta\upsilon\mu\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon$  scribens, illi  $\theta\upsilon\mu\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon$ .



ἀπό agnoscunt,  $\overline{\omega v}$  quoque servant, ii vero quibus ἐπι placuit,  $\overline{\omega}$  asciverint. Sed perspicuum est, Wesselingium etiam hic dissensum tantum in praepositione notare voluisse. Nam de f. Schw. testatur, diserte se monitum esse, non  $\overline{\omega}$  ibi exstare. Idem de S. credimus facile Gaisfordio, qui denuo hunc librum contulit. Sic itaque cum de ceteris codd. nil certi decernere audeam, id unum immotum manet  $\overline{\omega}$  praebere f. S.  $\overline{\omega v}$  vero F. — Uthoc tantum addam, alter hic est in tribus primis libris locus, ubi Gaisf.  $\overline{\omega}$  ascivit, non validioribus rationibus, quam in aliis locis  $\overline{\omega v}$  intactum sivit.

Lib. IV.

IV, 9, 3.  $\overline{\omega v}$  in omnibus, praeter S. qui  $\overline{\omega}$  habet.

28, 5.  $\overline{\omega}$  S. F. quod Gaisf. secutus est.  $\overline{\omega v}$  a. Pro  $\overline{\omega v}$  nullum disertum testimonium afferri potest, cum ex ceteris codd. nihil enotatum sit. Sed totus locus jam alium scrupulum editoribus injecit, de quo videas Schw. in variet. lect.

30, 1.  $\overline{\omega v}$  omnes, praeter S. qui  $\overline{\omega}$  habet, cui nunc quidem Gaisf. non obsecutus est. — 42, 1.  $\overline{\omega}$  S. V. Gaisfordio addicente.  $\overline{\omega v}$  diserte ex F. affertur; quid in ceteris legatur ignoramus.

53, 3.  $\overline{\omega v}$  omnes, praeter S. qui  $\overline{\omega}$  habet. Atque hic rursus Gaisf.  $\overline{\omega v}$  retinet. — Sic et 82, 1. Atque ne in 82, 2. quidem, ubi non solum S. sed etiam F. in ipso textu, quem vocant,  $\overline{\omega}$ , suprascripto tamen  $\overline{\omega v}$ , habet, diphthongum deserere ausus est Gaisf. — Etiam in 85, 1. omnes habent  $\overline{\omega v}$ , praeter S. qui  $\overline{\omega}$  praebet. Sed hic ultimus est locus, ubi Gaisf. incertus animi diphthongum admittit. In omnibus reliquis locis quasi inconstantiae pertaesus solum  $\overline{\omega}$  agnoscit. Quae fuerit causa mutatae mentis, forsitan quaeras. Suspicio fere, quod a proximo inde loco Schweighäuserum, qui eo usque semper diphthongum retinuerat, tantum non ubique comitem habet.

111, 1. Dixi jam, hic Schw. et Gaisf.  $\overline{\omega}$  edidisse e F. et S. In Lex. tamen ex aliis  $\overline{\omega v}$  Schw. affert. — Prorsus idem locum habet in 129, 1. et 129, 3.

199, 1. Schw. et Gaisf.  $\overline{\omega}$  ex M. S. K. F. ceteri mssti  $\overline{\omega v}$  teste ipso Schw.

Lib. V.

V, 13, 1. Schw. et Gaisf.  $\overline{\omega}$  ex S. F. K. De ceteris codd. siletur. — 49, 2. iidem ex iisdem tribus libris.  $\overline{\omega v}$  alii mssr. ap. Schw., quam vagam quidem sed non vanam esse formulam ipse sententiae nexus ap. Schw. monstrat\*).

92, 26.  $\overline{\omega}$  K. F. f. alii  $\overline{\omega v}$ , inter quos ipse S. — 92, 33. (bis)  $\overline{\omega}$  sol. F. quem tamen duumviri illi secuti sunt. Ceteri  $\overline{\omega v}$ , quod de S. vel ex silentio Gaisfordii concludi potest, cupide scripturam per  $\overline{\omega}$  sui libri auctoritate, ubi fieri potest, defendentis.

Lib. VI.

VI, 1, 3.  $\overline{\omega}$  K. F. f. alii cum S.  $\overline{\omega v}$ . — 43, 3.  $\overline{\omega}$ . F. b.  $\overline{\omega v}$  S. V.  $\overline{\omega v}$  alii

\*) „Ἰωμάσης S. K. et F. quos secutus sum. Ἰωμάσης ed. Wess. cum aliis edd. Ἰωμάσης alii mss.“ Vides diphthongum diductam ex editionibus afferri, non diductam ex codd.



non nominati. — 47, 1.  $\overline{\omega v}$  ceteri omnes, nominatim S. F. praeter K. qui  $\overline{\omega}$  habet, quod jam Wessel. recepit, ut  $\iota\omega\nu\iota\kappa\acute{\omega}\tau\epsilon\rho\omicron\nu$  quam vulgarem per  $\overline{\omega v}$  scripturam.

117, 2.  $\overline{\omega}$  S. P. K. F.  $\overline{\omega v}$  alii, teste Schw. — 121, 1.  $\overline{\omega}$  S. K. F.  $\overline{\omega v}$  alii teste Schw. — 123, 1.  $\overline{\omega}$  S. F. de ceteris codd. siletur.

Lib. VII.

VII, 28, 1.  $\overline{\omega}$  iidem tres codd. S. K. F. „forsan et alii” addit Schw., quod non intelligo. Nam cum  $\overline{\omega v}$  ad Schweigh. usque editum fuerit, codices ceteros, e quibus nil allatum est, in  $\overline{\omega v}$  potius conspirare quam  $\overline{\omega}$  dare credi potest, praesertim cum  $\overline{\omega}$  in K. haberi Wessel. testetur. — 99, 1.  $\overline{\omega}$  iidem S. K. F. De ceteris siletur. — Idem locum habet in 125, 2. nisi quod Schw. in lex. alios habere  $\overline{\omega v}$  testetur. — 128, 3.  $\overline{\omega}$  S. F. quod Schw. non recepit, nulla prodita causa. — 135, 1. S. K. F. de ceteris siletur. — 153, 6.  $\overline{\omega}$  S. V. K. F.  $\overline{\omega v}$  non diductum edit. Ald. — 187, 2. Bis in hac sectione substantivum occurrit, quod  $\theta\acute{\omega}\mu\alpha$  scriptum Schw. et Gaisf. exhibent, in priore loco e P. S. F. in posteriore ex F. certe; nam an reliqui duo codd. assentiantur, e Schweighäuseri nota non liquido discas; et Gaisf. non solito negligentior ad hunc alterum locum nihil annotavit. Quoniam vero in priore loco ad Thomae quoque Magistri auctoritatem provocatum est, supra jam pag. 3. hanc elevavimus, monstrantes,  $\overline{\omega}$  esse quidem in duobus codd.  $\overline{\omega v}$  in uno, sed  $\overline{\omega v}$  item in uno eodemque optime. — 204, 1.  $\overline{\omega}$  S. K. F. de ceteris siletur. — 208, 4.  $\overline{\omega}$  S. F. et quod mirum ipsa edit. Ald. Sed  $\overline{\omega v}$  in Steph. 2. jam reperio.  $\overline{\omega v}$  e codd. non affertur, sed e Suida s. v.  $\acute{\alpha}\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$ . — 218, 2.  $\overline{\omega}$  S. F. de ceteris siletur. Sed in Lexico Schw. ex aliis  $\overline{\omega v}$  hic affert.

Lib. VIII.

VIII, 8, 2.  $\overline{\omega}$  e solo F. hab. Gaisf. non item Schw.  $\overline{\omega v}$  cum aliis S. dare, e Gaisf. silentio certum est. cf. ad V, 192, 33.

37, 3. Etiam hic bis Gaisf. e solo F.  $\overline{\omega}$  ascivit, quod Schw. non ausus erat. Utroque loco S. diphthongum dare, non dubium mihi est. Nam quod priore tantum loco Gaisf. hoc diserte monuit, non ad diphthongum pertinet, sed ad diaeresin.

65, 1.  $\overline{\omega}$  e solo F. Gaisf. non Schw. Quod vero ex S. diphthongi meminit Gaisf., id non pro testimonio haberi velim, ubi de] cod. S. idem taceat  $\overline{\omega v}$  in eo non comparere. Nam hoc hic non fecit diphthongi, sed alius in eodem vocabulo varietatis causa. Nam pro  $\acute{\alpha}\pi\omicron\theta\omega\nu\mu\acute{\alpha}\zeta\epsilon\iota\nu\ \tau\epsilon$  cod. S. habet  $\acute{\alpha}\pi\omicron\theta\omega\nu\mu\acute{\alpha}\zeta\omicron\nu\tau\alpha\varsigma$ . —

74, 2.  $\overline{\omega}$  S. K. F. ante Gaisf. jam a Schweighäusero receptum. De ceteris codd. siletur; at in Lexico Schw. diphthongi meminit. —

135, 1.  $\theta\acute{\omega}\mu\alpha$  Schw. scripsit, quamvis verbo hoc in cod. F. cum undecim proximis omisso. Codicem S. ita dare, scire non potuit, cum Wessel. hoc fugisset, quod iterata collatio Gaisf. docuit. Sed in Lex. Schw.  $\overline{\omega v}$  tantum ex h. l. citat. — 153, 3.  $\overline{\omega}$  e solo F. duumviri illi.  $\overline{\omega v}$  diductum diserte ex S. affertur.

Lib. IX.

IX, 11, 5.  $\overline{\omega}$  S. F.  $\overline{\omega v}$  alii, diserte testante Schw., eodem fere modo quo ad V. 49, 2. —



16, 6.  $\bar{\omega}$  S. K. F. f.  $\bar{\omega v}$  alii, teste Schw. in varietate lectionis et in Lexico. — 37, 5.  $\bar{\omega}$  S. K. S.  $\bar{\omega v}$  alii msscr. ap. Schw. — 53, 2.  $\bar{\omega}$  S. F.  $\bar{\omega v}$  alii, cf. ad V, 49, 2. et IX, 11, 5. — 58, 4.  $\bar{\omega}$  söl F.  $\bar{\omega v}$  alii.  $\bar{\omega v}$  diductum S. cum edit. — 65, 2.  $\bar{\omega}$  S. F. K.  $\bar{\omega v}$  alios libros mss. habere putat Schw. — 111, 4.  $\bar{\omega}$  S. K. F. de aliis siletur. — 120, 2.  $\bar{\omega}$  F.  $\bar{\omega v}$  diductum S. Idem obtinet in 122, 3. et 122, 6. Sed in 122, 5.  $\bar{\omega}$  tuentur F. et S., nulla ceterorum mentione facta.  $\bar{\omega v}$  non diductum ex Ald. affertur.

Jam si hanc exemplorum hic collectorum multitudinem, sunt vero nonaginta et tria, accuratius lustramus, statim videbimus ab initio longe diligentiorum operam fuisse eorum, qui codicum conferendorum curam in se susceperant, quam in progressu operis, ita ut in ultima historiarum parte praeter duos istos codices S. F., quos Schw. et Gaisf. ipsi manibus versarunt, raro unus alterve in nostra quaestione ad partes vocetur. Vidimus praeterea in initio operis ita auctoritate praevalere eam scribendi rationem, quae  $\bar{\omega v}$  praeferat, ut de altera admittenda nemo sanus, nisi aliis argumentis non ex testimoniorum numero et natura petitis, non facile cogitet. Num credibile est, si in reliqua operis parte non minore religione scripti libri consulti essent, aliud quid hos testes responsuros fuisse, quam initio responderint? Quidni? obijciat forsitan aliquis, cum e codd. S. et F., quorum pleniorum collationem habemus, manifesto pateat, in initio operis regnare diphthongum  $\bar{\omega v}$ , in altera parte vocalem  $\bar{\omega}$ . Verum quidem hoc esse non negabitur, sed ea de re statim dicetur. Nunc illud tantum animo perpendas velim, omnes editiones ante Wesselingianam in omnibus locis, tribus quatuorve exceptis, ubi vulgaris forma per  $\bar{\omega v}$  legitur, diphthongum  $\bar{\omega v}$  agnoscere, nunquam  $\bar{\omega}$  (\*). Atqui ad unam aliamve harum editionum omnes collationes institutae sunt. Credendumne est omnes, qui codices contulerunt, ita hebetibus oculis fuisse, ut si frequenter se obtulisset  $\bar{\omega}$  pro  $\bar{\omega v}$  hoc non animadvertissent? Credendumne est Gronovium, amore codicis Medicei quem ipse manu diligentissime versaverat occaecatum ejusque vitia manifesta pro tot virtutibus praedicantem, novies tantum scripturae per  $\bar{\omega}$  mentionem fecisse, et reliquos locos vel neglexisse vel ad eos non attendisse? Credendumne est, Georgiadam, qui Parisinos codd. in Schweighäuseri usum mercede conductus contulit, etsi forsitan non accuratissime ista opera functus sit, tamen e praestantissimo cod. a., quem ceteris diligentius eum contulisse res ipsa docet, octies in hac quaestione lectiones afferre, sed quae nusquam  $\bar{\omega}$  monstrent, sed vel  $\bar{\omega v}$  vel semel  $\bar{\omega v}$ , eundemque semper  $\bar{\omega}$  omisisse si saepius ipsi hoc se obtulerit, praesertim in posteriore libri parte (\*\*).

Sed nunc eo accedimus, ut rationem, quam codd. F. et S. secuti sint, paulo accuratius sub examen vocemus. De scriba codicis F. quid sentiam jam plus semel in speciminibus praecedentibus patefeci. Is enim hic quoque antagonistae partes suscepturus, statim in principio  $\bar{\omega}$  scribere quidem aggressus est in tribus locis, sed

\*) Semel  $\bar{\omega}$  ex Aldina citatur; sed jam Steph. in eo loco  $\bar{\omega v}$  praebet.

\*\*\*) Similiter e codd. c. d. e. R. nunquam  $\bar{\omega}$  affertur; ex b. bis; f. quater. V. ter. P. octies. K. viciis ter; si calculos recte subduximus.



ita ut  $\bar{v}$  vocabulo superne adjiceret, si sua hoc manu fecit, quod me nescire supra p. 4. not.\*\*) fassus sum. Ter vero in eodem libro primo  $\bar{\omega}$  scripsit, septies  $\bar{\omega v}$ . In omnibus his tredecim libri primi exemplis nusquam  $\bar{\omega}$  e cod. S. affertur; semel  $\bar{\omega v}$ . — In secundo libro  $\bar{\omega}$  in F. non compareret, novies  $\bar{\omega v}$  bis  $\bar{\omega v}$ . Et cod. S. quoque in hoc libro nusquam  $\bar{\omega}$  offert, semel  $\bar{\omega v}$ . — In tertio libro cujus sedecim sunt exempla nunquam  $\bar{\omega}$  in F. repertum est; ter in S. — In quarto libro constantiam istam, quam per duos praecedentes in scriptura  $\bar{\omega v}$  defendenda cod. F. tenuerat, rursus deserit, sexies  $\bar{\omega v}$  praebens, sexies  $\bar{\omega}$ , atque semel quidem hoc supra scripto  $\bar{v}$ . Mutato vero prorsus antiquo more cod. S. in omnibus duodecim locis  $\bar{\omega}$  offert. — A quinto vero inde libro pertinaciter F.  $\bar{\omega}$  retinet, semel tantum ad vulgare  $\bar{\omega v}$  delapsus. Sed non eadem constantia est cod. S. Ex quinque exemplis, quae in quinto libro leguntur, duo tantum  $\bar{\omega}$  praebent. In sexto libro ter  $\bar{\omega}$  habet S., bis  $\bar{\omega v}$  (idque semel cum F. commune), semel  $\bar{\omega v}$ . — In septimo vero libro eadem constantia, qua F. in omnibus duodecim locis  $\bar{\omega}$  tuetur. — Ex septem vero octavi libri exemplis duo tantum S. per  $\bar{\omega}$  scribit, reliqua per  $\bar{\omega v}$ . — Tandem in undecim libri noni locis quater  $\bar{\omega v}$  S. retinet, septies vero cum F. consentit. Jam vero si nobis eam legem imponi sinamus, ut orthographiam Herodoti in hac voce, nulla ceterorum librorum ratione habita, ad consensum horum duorum codicum conformemus, omnia nonaginta et tria exempla in tres aequales partes miro casu divisa sunt, nam in 31 locis in  $\bar{\omega v}$  conspirant ambo libri; in totidem in  $\bar{\omega}$ ; et in aliis totidem inter  $\bar{\omega}$ ,  $\bar{\omega v}$ , et  $\bar{\omega v}$  fluctuant.

Verum enim vero si validis argumentis probabile fecimus, fore ut, si reliqui codd. majore cura collati sint, scripturam  $\bar{\omega v}$  longe et numero testium et auctoritate praevaleat; si non absurde suspicari sumus, orthographiam quae  $\bar{\theta\omega\mu\alpha}$  scribi jubeat, a nonnullis grammaticis, ad quos Hesychii glossa refertur, et librariis excogitatam esse, qui analogiam vocabuli  $\bar{\tau\theta\omega\mu\alpha}$  sequuti sint; ante omnia vero cum gravissima auctoritas Gregorii atque Eustathii accedat, qui de industria horum vocabulorum orthographiam explicantes  $\bar{\omega}$  prorsus ignorant,  $\bar{\omega v}$  solum probantes; — ex omnibus his causis inquam mihi persuasissimum est, si veterem Herodoti manum servare gestimus, ut spreto simplici  $\bar{\omega}$  ubique  $\bar{\omega v}$  in possessionem, a recentissimis editoribus plus dimidia parte imminutam, restituendum sit.

Accingor nunc ad alteram hujus quaestionis partem, qua me effecturam promisi, ut, si  $\bar{\theta\omega\mu\alpha}$  rejici debet, ejus locum non novitium  $\bar{\theta\omega\mu\alpha}$  sed, quod olim scriptum est,  $\bar{\theta\omega\mu\alpha}$  occupare debeat, similiterque ut non  $\bar{\xi\omega\mu\iota\acute{o}\nu}$  sed  $\bar{\xi\omega\mu\iota\acute{o}\nu}$  scribatur. Sed non sine timore in hunc campum descendo: nam obloquendum est Hermanno Buttmannoque, at qualibus viris! Sed si grato animo professus fuero, me his viris et Lobeckio meo, quicquid in accuratiore cognitione sermonis Graeci profecerim, omnia fere debere, si modeste nunc rationes, cur mihi a horum sententia discedendum videatur, protulero, neminem spero futurum, qui mihi arrogantiae, quae suis sibi commentis placeat, crimen objicere possit. Quipost illos duumviros aut in editionibus, quas curarunt, aut in scriptis grammaticis eandem



sententiam amplexi sunt, ii nullas novas rationes attulerunt, quibus me respondere necesse sit\*).

Hermannus itaque primus, quantum mihi innotuit, vulgari rationi scribendi, quae in omnibus fere libris editis obtinuerat, adversarius exstitit in aureo libro de emend. rat. Gr. Gr. p. 47. 48.: in diphthongis  $\eta\upsilon$  et  $\omega\upsilon$  eodem modo  $\upsilon$  mutum esse ut  $i$  in  $\eta$  et  $\varphi$ ; male  $\eta\upsilon$  et  $\omega\upsilon$  duabus syllabis pronunciari; male  $\theta\acute{\omega}\upsilon\mu\alpha$  scribi solere tribus syllabis et accentu male notato; diphthongum esse  $\omega\upsilon$ , una tantum syllaba pronunciandum, ut apud Aristoph. Acharn. 790.  $\tau\omega\upsilon\tau\acute{\omega}$ ; quaerit tum, cur Jones  $\theta\acute{\omega}\upsilon\mu\alpha$  dixerint, qui  $\eta\upsilon\delta\alpha$ ,  $\nu\eta\nu\varsigma$ ,  $\nu\eta\nu\sigma\iota\nu$  conjunctim protulerint; cur  $\theta\acute{\omega}\upsilon\mu\alpha$  tribus syllabis pronunciarent,  $\acute{\omega}\nu\tau\acute{\omicron}\varsigma$  autem duabus, allato loco Etym. magn. p. 826, 1. \*\*). Jam pergit, grammaticos de soluta diphthongo nil tradere, idque confirmat loco Gregorii, supra jam p. 3. a nobis excitato. Aliud praeterea haud leve argumentum exstare, quo  $\omega\upsilon$  etiam in ionica dialecto diphthongum constituisse appareat; nam istos diphthongum  $\alpha\nu$  non solum in  $\omega\upsilon$  sed etiam in  $\omega$  nudum mutasse. Addit Joannis grammatici locum, a nobis supra p. 3. not. \*\*) transscriptum. Quae tum adduntur de modo, quo diphthongus  $\omega\upsilon$  pronuncianda sit, ad nostram quaestionem non pertinent. Nam non agimus de sono mutae literae  $\upsilon$  in hac diphthongo, sed de eo, num  $\omega\upsilon$  semper monosyllabum sit.

Buttmannus vero in nota pag. 102. Tom. 1. grammat. amplioris subjecta haec argumenta addit:  $\acute{\epsilon}\omega\nu\tau\acute{\omicron}\upsilon$  veram esse crasin ex  $\acute{\epsilon}\omicron$   $\acute{\alpha}\nu\tau\acute{\omicron}\upsilon$ , quemadmodum  $\tau\omega\acute{\upsilon}\tau\acute{\omicron}$  ex  $\tau\acute{\omicron}$   $\acute{\alpha}\nu\tau\acute{\omicron}$ , ex quo genitivo ceteros casus formatos esse. coll. ibid. p. 301. not. 4. — Orthographiam  $\theta\acute{\omega}\upsilon\mu\alpha$ ,  $\acute{\epsilon}\omega\upsilon\tau\acute{\omicron}\nu$ , quae per se et propter grammaticorum silentium suspicioni obnoxia sit, verisimiliter ei consuetudini multorum scriptorum librorum originem debere, qua vocali  $\upsilon$  plerumque duo puncta superne imponantur. — Sed diaeresin apud poetas locum habere posse, ut in  $\gamma\epsilon\eta\upsilon\varsigma$  et  $\gamma\epsilon\eta\upsilon\varsigma$ . Hinc  $\theta\acute{\omega}\upsilon\tau\acute{\alpha}$  apud Hesiod. sc. Herc. 165 vulgariori  $\theta\acute{\alpha}\upsilon\mu\alpha\tau\alpha$  praeferendum videri.

His gravissimis argumentis ut respondeatur, initium faciamus a silentio grammaticorum, propter quod diaeresis ista in suspensionem vocatur. Verum non pro-

\*) Schweighäusero facile condonandum est, quod eandem sententiam saepe in annotatione critica tuetur; nam in cod. F., quem non sine causa magni facit, non solum puncta illa diaereseos absunt, sed etiam  $\theta\acute{\omega}\upsilon\mu\alpha$  eo, quo Hermannus jussit, accentu scribitur — Blochium quoque, Itacismi acerrimum propugnatorem, in eadem sententia esse non miror. Facilius enim sonus  $af$  in  $of$  transire potest, quam in  $oi$ . Sed Graeci nostrae aetatis diphthongum  $\omega\upsilon$  non noverunt; at quomodo non ante ita multa saecula Eustathii aetate eadem pronunciata fuerit, postea patebit.

\*\*\*) Verba ipsa Etymologi adscribam:  $\Omega\upsilon\tau\acute{\omicron}\varsigma$   $\acute{\alpha}\nu\eta\varsigma$ ,  $\acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\nu$   $\delta$   $\acute{\alpha}\nu\tau\acute{\omicron}\varsigma$   $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}$   $\kappa\eta\acute{\rho}\alpha\sigma\iota\nu$   $\tau\acute{\omicron}\upsilon$   $\acute{\alpha}\omicron$  [leg.  $\acute{\alpha}\omicron$ ]  $\acute{\epsilon}\iota\varsigma$   $\omega$   $\mu\acute{\epsilon}\gamma\mu$   $\gamma\acute{\iota}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$   $\acute{\alpha}\nu\tau\acute{\omicron}\varsigma$ .



sus obmutescunt grammatici in hac quaestione; Eustathii saltem duo exstant clara testimonia; alterum ad Iliad. 19, 413. pag. 1191, 19. Rom. Tom. IV. p. 137. Lips. τὸ δὲ ὄριστος κέχραται κατὰ τὸ ἐωῦτοῦ. ἔστι γὰρ ἐκεῖνο ἐὸ αὐτοῦ, καὶ κράσει τοῦ ὄ καὶ α εἰς ὦ μέγα γίνεται ἐωῦτοῦ καὶ διαλύσει ἐωῦτοῦ. Sed contra hoc testimonium duplex exceptio valet; qui enim Buttmani sententiae favent, contendere possint, Eustathium ipsum propria multorum librorum orthographia, qua literae *v* duo puncta in capite addant, seductum haec pro diaereticis habuisse, atque hinc dialysin istam commentum esse. Ego praeterea objiciam aut falsam esse Eustathii sententiam, in qua ipsi cum Buttmano conveniunt, ἐωῦτοῦ crasi ortum esse ex ἐὸ, αὐτοῦ\*), aut, si crasis haec obtinet, ex ipsa Eustathii doctrina, quam alio loco et accuratam et argumentis e rei natura petitis innisam proposuit, διάλυσιν istam locum habere non posse. Nam fundamenta totius hujus disquisitionis jacta sunt in altero loco Eustathii ad Iliad. 5, 396., quem supra jam pag. 3. transscripsimus. Negat ibi disertis verbis ὀνότος et ἐωῦτοῦ similia esse; affirmat illud duabus syllabis pronunciari, hoc vero quatuor implere. Haec enim ejus doctrina est: sicubi *av* in *ov* in una voce transit, *ov* dialysin patitur atque disyllabum fit; hoc vero locum habet in ἐαυτοῦ ἐωῦτοῦ, et in θαῦμα θάῦμα. At si *ov* illud non simplici mutatione vocalis *a* in *o* effectum est, sed in duorum vocabulorum crasi ex *o* et *a* oritur *o*, tum monosyllabum remanet, δ αὐτός ὀνότος, τὸ αὐτό τωτό. Haec brevibus verbis tantum doctus archiepiscopus adumbravit, quae mihi ita comparata videntur, ut ea ex nobilibus ejusdem grammatici doctrina fluxisse existimen. Atque haec uberius etiam exornari potuissent. Idem fere locum habet in σημεῖον σημήιον, οἰκίος, οἰκήιος, ῥάδιος, ῥήδιος multisque aliis, ut prima alicujus diphthongi vocali mutata, si hoc in media voce, non crasi, non augmento assumto, fiat, pro diphthongo diaeresis duarum vocalium apud Jonas locum habeat. Crasin habent ἡύγένεια, τωῦβούλοιο, ωῦριπίδη et quae alia ejusmodi exempla Buttmannus attulit, in quibus diphthongus dissolvi nequit. Augmentum vero crasi addidimus, quoniam potestate et ortu huic

\*) Si hanc Buttmani opinionem sequimur, ἐωῦτοῦ crasi et synaloephe ortum esse ex ἐὸ αὐτοῦ, quod perspicuum sit ex ionico ἐωῦτοῦ, sane quid accusativo ἐωῦτόν faciendum sit, non perspicimus; nam ibi ejusmodi crasis obtinere non potest. Multo probabilior altera sententia est, quam Buttmanus ipse l. c. p. 301, ab ipsa rei natura commendari non negat, cum primitus ut apud Homerum in duas partes haec reflexiva distracta fuerint, ἐὸ αὐτοῦ, εἰ αὐτόν, postea has partes in unum vocabulum inseparabile conjunctas, cum accusativi in objecto significando frequentior usus sit quam duorum ceterorum casuum, coaluisse in ἐαυτόν, et, quae huic similia sunt, ἐαυτοῦ, ἐαυτῶ. Et sic ne in ἐωῦτοῦ quidem crasis obtinet. Nam eadem interna quasi vocabuli affectione, qua θαῦμα pro *av* assumit *ov*, in ἐαυτοῦ, ἐαυτόν quoque diphthongi *av* mutatio explicanda est. Atque hinc veteres grammatici tantum non ubique θαῦμα cum ἐωῦτοῦ componunt; at in θαῦμα craseos vestigia nemo facile odorabitur. Postremo si ionicum ἐωῦτοῦ e crasi ortum est, cum crasis non ubique a scribentibus ponatur, quid quaeso causae est, cur nusquam apud Herodotum et alios ἐὸ αὐτοῦ in hac significatione occurrat?



simile est. Coalescit enim breve  $\varepsilon$  cum vocali vocem incipiente; sed ubi augmentum non adest, ibi vox ad antiquam formam redit. Si itaque quaeritur, cur  $\eta\ddot{\upsilon}\delta\alpha$  Jones dixerint, non  $\eta\ddot{\upsilon}\delta\alpha$ , respondemus, quod  $\alpha\upsilon$  non in  $\eta\upsilon$  mutatum est, sed  $\varepsilon\alpha$  crasi quasi in  $\eta$ . Nam si  $\alpha\upsilon$  in  $\eta\upsilon$  abiisse censendum esset, dici quoque posset  $\eta\ddot{\upsilon}\delta\alpha\upsilon$ . Verum in  $\eta\ddot{\upsilon}\gamma\epsilon\upsilon\epsilon\iota\alpha\varsigma$  diaeresis haec necessaria est, ipsa diphthongo  $\varepsilon\upsilon$  in  $\eta\upsilon$  mutata. Multa praeterea addi possent, si in alias dialectos exspatiari luberet; sed cum de ionica Herodoti oratione tantum mihi sermo sit, etiam pauca ea exempla, quae ex epicorum\*) et atticorum usu ad rem illustrandam apposui, supervacanea forsitan nonnulli existimabunt. Unum adhuc mihi monendum est,  $\nu\eta\upsilon\varsigma$  pro  $\nu\alpha\upsilon\varsigma$  positum huc non pertinere. Nam  $\upsilon$  hoc loco non propriam vim obtinet, sed digamma, aut quo alio modo spiritum hunc densum appellare velis, censendum est, ut ex casibus obliquis patet.

Sed sufficiant haec; doctioribus et acutioribus dijudicandum relinquo, an in defendenda vetere scriptura  $\theta\omega\ddot{\upsilon}\mu\alpha$  causa ceciderim.

---

\*) Epici ipsa ea, quae Jones nequeunt, per diaeresin diducere possunt, ut  $\gamma\epsilon\eta\ddot{\upsilon}\varsigma$ , quod Buttmannus protulit, ut  $\omega\iota\zeta\epsilon$  alia. Sed  $\theta\omega\ddot{\upsilon}\tau\alpha$  apud Hesiodum, si lectio sana est, cum Jones  $\theta\omega\upsilon\tau\alpha$  non potuerint dicere, ex ejusmodi  $\delta\iota\alpha\lambda\ddot{\upsilon}\sigma\epsilon\iota$  non explicandum erat.

---

Addend. ad pag. 6. not. \*\*), Similiter in II, 40, 3. pro ceterorum librorum genuina lectione  $\theta\upsilon\omega\mu\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon$  cod. S. nostrum vocabulum substituit  $\theta\omega\ddot{\upsilon}\mu\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon$  ducta diphthongo scribens.



„Se. Majestät der König haben aus inniger Theilnahme  
„an Allem, was der evangelischen Kirche wichtig und heil-  
„sam ist, und in huldreicher Fürsorge für dieselbe, hinsicht-  
„lich der dritten Säcularfeier der Uebergabe der  
„Augsburgischen Confession den Befehl zu ertheilen  
„geruht, den 25sten Juni d. J. in allen evangelischen  
„Kirchen und Gymnasien des Landes feierlich bege-  
„hen zu lassen, damit das Erinnerungsfest der Uebergabe je-  
„nes auf die heilige Schrift und die in ihr geoffenbarten Heils-  
„wahrheiten gegründeten Zeugnisses von dem Glauben der  
„evangelischen Christen, das sich nach drei Jahrhunderten  
„noch eben so bewährt zeigt und zeigen wird, als damals,  
„und zu dessen Geist Seine Majestät sich von Herzen  
„bekennen, dazu beitragen möge, in der evangelischen Kir-  
„che die echte Glaubenstreue immer mehr zu befestigen und  
„zu beleben, unter ihren Gliedern die Einigkeit im Geiste  
„zu befördern und bei allen evangelischen Unterthanen neue  
„Entschliessungen der wahren Gottesfurcht, der christlichen  
„Liebe und Duldsamkeit zu vermitteln und anzuregen.“

Wenn wir diese Worte der dem Stadtgymnasium zu-  
gesandten Verfügung der verehrten vorgesetzten Behörde  
hier voraussenden, so geschieht es deswegen, weil nicht kür-  
zer, eindringender, und ermunternder der Zweck der herr-  
lichen Feier, welche begangen werden soll, so wie der Sinn,  
in welchem sie begangen werden soll, ausgesprochen werden  
kann; nicht kürzer und eindringender — denn wie



kann in gedrängteren Worten die vielseitige Wichtigkeit jenes Tages, dessen Andenken wir feiern, der Geist, welchen er erweckte, die Kraft, womit das heilvolle Werk sich unter allen Umständen erhielt, die echtevangelische Gesinnung, welche wir und unsere Nachkommen hegen sollen, ausgesprochen werden? Aber auch nicht ermunternder — denn wo der König selbst vor Seinen Unterthanen offen und freudig erklärt, dass Er zu dem Geiste des in der Augsbургischen Confession ausgesprochenen Zeugnisses von dem Glauben der evangelischen Kirche sich von Herzen bekenne, da kann nur ermunternde Zuversicht die Brust erfüllen, dass, weil vom Throne her ein solches Beispiel vorleuchtet, auch offen und gerne jeder seine Ueberzeugung von des Tages und des Werkes hoher Wichtigkeit aussprechen dürfe und werde.

Da nun in der erwähnten Verfügung der verehrten vorgesetzten Behörde es ausdrücklich der Anstalt zur Pflicht gemacht wird, jene Säcularfeier öffentlich zu begehen, da es aber ferner, wie im Jahre 1817, freigestellt bleiben soll, wie sie die Feier veranstalten wolle, so werden wir im Vertrauen auf die Nachsicht der Behörden und unserer Mitbürger neben der Rücksicht auf die allgemeine Wichtigkeit dieses Tages für die gesammte evangelische Christenheit besonders die Beziehung desselben zur Schule hervorheben, worüber der Director einen Vortrag halten wird; ausserdem wird Gesang und Declamation passender Stücke zur Erhöhung der Feier beitragen.

Doch wird die Feier nicht an dem eigentlichen Tage, dem 25sten Junius, angestellt werden; sondern sie ist, um nicht mit mehren andern Festlichkeiten zusammen zu fallen, auf Sonnabend, den 26sten Junius, Morgens um 9 Uhr im Gebäude des Stadtgymnasiums verlegt worden.



Angenehme Pflicht ist es nun noch, im Namen der Anstalt alle hohen Staats- und Stadtbehörden, alle Eltern und Angehörige der uns anvertrauten Jugend, so wie überhaupt jeden gebildeten Christen, der von der Wichtigkeit dieses Tages überzeugt ist, ehrerbietigst einzuladen, durch ihre ermunternde Gegenwart die Anstalt zu ehren und zu erfreuen.